retribucõnẽ hereditatis. Dño xp̄o
ſeruite. Qui enĩ iniuriã facit recipi
et id qđ iniq̄ geſſit ⁊ non eſt ꝑſo
naꝝ acceptio apđ deũ. Ca. iiij.

Domini qđ iuſtũ eſt ⁊ equũ
ſeruis preſtate: ſcientes ꝙ ⁊
vos dñm habetis i celo. Orationi
inſtate vigilantes in ea in grãrũ
actione: orantes ſimł ⁊ ꝓ nob ut
deus aperiat nob oſtiũ ſermonis
ad loquendũ miſteriũ xp̄i ꝓpter
qđ etiam vinctus ſũ ut manifeſtẽ
illud ita ut oportet me loq̄. In ſa
pientia ambulate ad eos qui fo
ris ſunt: tempus redimentes. Ser
mo veſter ſemꝑ in gratia ſale ſit
conditus: ut ſciatis quomõ opor
teat vos vnicuiq; reſpondere. Que
circa me ſũt omnia vobis nota fa
ciet tychicus cariſſimus frater ⁊
fidelis miniſter ⁊ conſeru⁹ in dño
quem miſi ad vos ad hoc ipm ut
cognoſcat que circa vos ſunt ⁊ cõ
ſoletur corda veſtra cũ oneſimo
cariſſimo et fideli fratre qui ex vo
bis eſt qui omnia q̄ hic aguntur
nota faciẽt vobis. Salutet vos ari
ſtarcus cõcaptiuus me⁹ ⁊ marc⁹
cõſobrinus barnabe de quo acce
piſtis mãdata. Si venerit ad vos
ſuſcipite illũ. Et ihs q̄ dicit iuſt⁹
qui ſũt ex circũciſiõe. Hij ſoli ſũt
adiutores mei i regno dei q̄ mihi
fuerunt ſolatio. Salutat vos epa
fras q̄ ex vob ē ſeruus xp̄i ihu ſꝑ
ſollicit⁹ ꝓ vob in oracõib⁹: ut ſte
tis ꝑfecti ⁊ pleni in oi volũtate dei
Teſtimoniũ enĩ illi ꝑhibeo ꝙ hꝫ
multũ laborẽ ꝓ vobis ⁊ ꝓ hijs q̄
ſunt laoditie ⁊ qui ierapoli. Salu
tat vos lucas medicus cariſſim⁹
⁊ demas Salutate fratres qui ſũt
laoditie ⁊ nympham ⁊ q̄ i domo
ei⁹ eſt eccleſiã. Et lecta fuerit apđ
vos epiſtola hec facite ut ⁊ in lao
dicenſium eccleſia legatur ⁊ eam
que laodicenſium eſt vobis lega
tur. Et dicite archippo. Vide miſte
rium qđ accepiſti in domino ut il
lud impleas. Salutatio mea ma
nu pauli. Memores eſtote vincu
lorum meoꝝ. Gratia domini ihe
ſu vobiſcum amen.

Explicit epła ad Coloſenſes.
Incipit argumentũ in epiſto
lam ad Theſſalonicẽſes. i.

Theſſalonicenſes ſunt
macedones q̄ accepto
verbo veritatis perſtite
rũt in fide: etiam in ꝑſe
cutione ciuiũ ſuorũ. Preterea nec
receperũt falſos apoſtolos nec ea
que a falſis apoſtolis dicebãtur
Hos collaudat apoſtol⁹ ſcribẽs
eis ab athenis per tychicum dya
conum ⁊ oneſimum acolitũ.

Explicit argumentum. Inci
pit epiſtola prima ad Theſ
ſalonicenſes.

Paulus et ſiluanus
et thimothe⁹: eccle
ſie theſſalonicenſiũ
in deo patre noſtro
⁊ domino iheſu xp̄o
gratia vobis ⁊ pax. Grãs agim⁹
deo ſemꝑ ꝓ omnib⁹ vobis memo
riam veſtri faciẽtes in oracõib⁹
noſtris ſine intermiſſione memo
res operis fidei veſtre ⁊ laboris et
caritatis ⁊ ſuſtinentie ſpei domini
nr̃i ihu xp̄i añ deũ ⁊ pr̃em noſtrũ

Sciētes fratres dilecti a deo electō
nem veſtraꝫ· qꝛ euāgeliū nr̄m nō
fuit ad vos in ſmone tm̄ ſed ⁊ in
virtute ⁊ in ſpūſancto ⁊ in pleni
tudine multa· ſicut ſcitis q̄les fue
rim⁹ in vobis ꝓpt̄ vos· Et vos imi
tatores noſtri facti eſtis ⁊ dn̄i· ex
cipiētes verbū in tribulacōe mul
ta cū gaudio ſpūſſancti· ita ut fa
cti ſitis forma oībus credentib⁹ in
macedonia ⁊ in achaya· A vobis
em̄ diffamatus eſt ſermo dn̄i nō
ſolū in macedonia ⁊ in achaya· ſ;
in omi loco fides vr̄a que eſt ad
deū ꝓfecta eſt· ita ut nō ſit nobis
neceſſe quicq̄ loq̄· Ipi em̄ de nob
annūtiant qualē introitū habu
erim⁹ ad vos ⁊ quō ꝯuerſi eſtis
ad deū a ſimulacris ſeruire deo vi
uo ⁊ vero ⁊ expectare filiū eius de
celis quē ſuſcitauit ex mortuis ihe
ſū qui eripuit nos ab ira vētura·

Nam ipſi ſcitis fra Ca· ij·
tres introitū noſtꝝ ad vos
q̄a nō inanis fuit· ſ; an̄ paſſi mul
ta ⁊ ꝯtumelijs affecti ſicut ſcitis i
philippis· fiduciā habuim⁹ in deo
noſtro loqui ad vos euangeliuꝫ
dei in multa ſollicitudine· Exhorta
tio em̄ nr̄a nō de errore neq; de im
mūdicia neq; in dolo· ſ; ſicut ꝓba
ti ſum⁹ a deo ut crederet̄ nob euā
geliū ita loq̄mur· nō quaſi hoibꝫ
placētes· ſ; deo qui ꝓbat corda no
ſtr̄a· Neq; em̄ aliqn̄ fuim⁹ in ſmo
ne adulacōnis ſicut ſcitis· neq; in
occaſiōe auaricie de⁹ teſtis ē· nec
querētes ab hoīb⁹ gloriā neq;
a vob neq; ab alijs cū poſſem⁹ vo
bis oneri eē ut xp̄i apl'i· Sed facti
ſum⁹ puuli in medio veſtrū tanq̄
ſi nutrix foueat filios ſuos· ita de
ſiderantes vos cupide: volebam⁹
tradere vob nō ſolū euangeliū dei
ſ; etiā aīas noſtras· qm̄ cariſſimi
nob facti eſtis· Memores ei eſtis
fratres laboris nr̄i ⁊ fatigationis·
nocte ⁊ die operantes ne quē vr̄m
grauarem⁹· p̄dicauim⁹ in vob euā
geliū dei· Vos teſtes eſtis ⁊ deus
q̄ ſācte ⁊ iuſte ⁊ ſine querela vo
bis qui credidiſtis fuim⁹ ſicut ſci
tis· qualit̄ vnūquēq; veſtꝝ ſicut
pat̄ filios ſuos deprecātes vos et
ꝯſolantes· teſtificati ſum⁹ ut am
bularetis digne deo qui vocauit vos
in ſuū regnū ⁊ gloriā· Ideo ⁊ nos
grās agim⁹ deo ſine intermiſſione·
qm̄ cū accepiſſetis a nob verbuꝫ
auditus dei· accepiſtis illud non
ut verbū hominū ſ; ſicut eſt vere
verbū dei qui opat̄ in vobis q̄ cre
didiſtis· Vos ei imitatores facti
eſtis fratres eccīaꝝ dei que ſūt in
iudea i xp̄o ih̄u· qꝛ eadē paſſi eſtis
⁊ vos a ꝯtribulib⁹ vr̄is ſicut ⁊ ip
ſi a iudeis q̄ ⁊ dn̄m occiderūt ih̄m
⁊ ꝓphas ⁊ nos pſecuti ſūt ⁊ deo n̄
placent ⁊ oīb⁹ hoīb⁹ aduſā
tur· ꝓhibentes gētib⁹ loq̄ ut ſal
ue fiant· ut impleāt pctā ſua ſep·
Preuenit ira dei ſup illos vſq; in
finē· Nos autē fratres deſolati a
vobis ad tēp⁹ ore aſpectu nō cor
de· abūdātius feſtinauim⁹ faciē
veſtrā videre cū multo deſiderio·
qm̄ voluim⁹ venire ad vos· ego
quidē paul⁹ ⁊ ſemel ⁊ iterꝝ· ſ; im
pediuit nos ſathanas· Que ē em̄
noſtra ſpes aut gaudiū aut coro
na glorie· Nōne vos an̄ dn̄m no
ſtꝝ ih̄m xp̄m eſtis i aduētu ei⁹·
Vos enim eſtis gloria noſtra et
gaudiū·

Capitulū· iij·

Ropꝫ qđ nō ſuſtinētes am
plius: placuit nobꝰ remane
re athenis ſol ⁊ miſimus thimo
theū fratrē noſtꝝ ⁊ miniſtrū dei i
euangelio xp̄i ad ꝯfirmādos vos
⁊ exhortādos ꝓ fide vrā: ut nemo
moueatꝛ in tribulacōibꝰ iſtis. Ip
ſi eni̅ ſcitis ꝙ in hoc poſiti ſumus
Nā ⁊ cū apud vos eēmus p̄dice
bamus vobꝰ paſſuros nos tribu
lacōes: ſicut ⁊ factū ē ⁊ ſcitis. Pro
pterea ⁊ ego ampliꝰ nō ſuſtinēs
miſi ad ꝯgnoſcendā fidē veſtraꝫ
ne forte tēptauerit vos is q̄ tēptat
⁊ inanis fiat labor noſter. nūc āt
veniente thimotheo ad nos a vo
bis ⁊ annūtiāte nobis fidē et cari
tateꝫ veſtrā ⁊ ꝙ memoriaꝫ noſtri
hēatis bonā: ſemp deſiderātes nos
videre: ſicut ⁊ nos ꝙꝫ vos. ideo ꝯſo
lati ſumꝰ fratres in vobis in oī ne
ceſſitate ⁊ tribulacōne nrā ꝑ fidē
veſtrā. qm̄ nūc viuimꝰ: ſi vos ſta
tis in dn̄o. Quā eni̅ grāꝝ actionē
poſſumꝰ deo retribuere ꝓ vobis i
omni gaudio quo gaudemꝰ ꝓpē
vos añ deum noſtꝝ: nocte ac die
abūdantiꝰ orantes ut videamus
faciē veſtrā ⁊ ꝯpleamꝰ ea q̄ deſūt
fidei vr̄e. Ipe aūt deꝰ ⁊ patꝛ noſter
⁊ dn̄s ihūs xp̄us dirigat viā no
ſtrā ad vos. Vos aūt dn̄s multi
plicet ⁊ abūdare faciat caritateꝫ
vrāꝫ in inuicē et in oēs: quemad
modū ⁊ nos in vobꝰ ad ꝯfirman
da corda vrā ſine q̄rela in ſācita
te añ deū ⁊ patrē noſtrū in aduē
tu dn̄i noſtri ihū xp̄i cū omnibꝰ
ſanctis eius amen. Ca. iiij.

De cetero ḡ frēs rogamus vos
⁊ obſecramꝰ in dn̄o ihū: ut
quēadmodū accepiſtis a nobis
quō oportet vos ābulare ⁊ pla
cere deo ſicut ⁊ ambulatis ut abū
detis magis. Scitis eni̅ que prece
pta dederim vobꝰ ꝑ dn̄m ihm̄. Hec
eſt aūt voluntas dei ſanctificatio
veſtra ut abſtineatis vos a forni
catione ut ſciat vnuſquiſqꝫ vrm̄
vas ſuū poſſidere in ſanctificacōe
⁊ honore: nō i paſſione deſiderij ſi
cut ⁊ gētes q̄ ignorāt deum. Et ne
q̄s ſupgrediatꝛ neqꝫ circūueniat i
negotio frēm ſuū. qm̄ vindex eſt
dn̄s de hijs oībꝰ ſicut p̄diximus
vobis ⁊ teſtificati ſumus. Nō eni̅
vocauit nos deus in immūdiciaꝫ:
ſꝫ in ſanctificacōnē. Itaqꝫ qui hec
ſpernit non hoīem ſpnit. ſed deū q̄
etiā dedit ſpm̄ ſuū ſāctū in nobis
De caritate aūt fraternitatis nō ne
ceſſe habuimꝰ ſcribere vobis. Ipi
eni̅ vos a deo didiciſtis ut diliga
tis inuicē. Etem̄ illud facitis i oēs
frēs in vniūſa macedonia. Roga
mꝰ aūt vos frēs ut abūdetis ma
gis ⁊ opaꝫ detis ut q̄eti ſitis ⁊ ut
veſtꝝ negotiū agatis ⁊ operemi
manibꝰ vr̄is ſicꝫ p̄cepimꝰ vobꝰ ⁊ ut
honeſte ambuletis ad eos q̄ foris
ſūt ⁊ nulliꝰ aliq̄d deſideretis. No
lumꝰ aūt vos ignorarē frēs de dor
mientibꝰ: ut nō ꝯtriſtemini ſicut
⁊ ceteri qui ſpē nō hn̄t. Si eni̅ cre
dimꝰ ꝙ ihūs mortuꝰ ē et reſurre
xit ita ⁊ deꝰ eos q̄ dormierūt ꝑ ihe
ſum adducet cum eo. Hoc enim
vobis dicimus in verbo domini.
quia nos qui viuimꝰ qui reſidui
ſumus in aduentu domini nō pre
ueniemꝰ eos qui dormierūt. Qm̄
ipe dn̄s in iuſſu et i voce archāge
li ⁊ i tuba dei deſcēdet de celo ⁊ mor
tui qui in xp̄o ſūt reſurgent primi

deinde nos q̄ viuim⁹ qui relinq̄
mur ſimul rapiemur cū illis ī nu
bib⁹ obuiā xp̄o ī aera ⁊ ſic ſemp
cū dn̄o erim⁹. Itaq꜠ ꝯſolamini in
uicē in verb iſtis. Ca. v.

De tempib⁹ aūt ⁊ momentis
fratres nō indigetis ut ſcri
bam⁹ vob. Ipſi em̄ diligent̄ ſcitis
ꝙ dies dn̄i ſicut fur ī nocte ita ve
niet. Cū em̄ dixerint pax et ſecuri
tas. tūc repētin⁹ eis ſupueniet ī
teritus ſicut dolor in vtero hn̄tis
⁊ nō effugient. Vos aūt fratres
nō eſtis in tenebris ut vos dies
illa tāq̄ fur ꝯprehēdat. Om̄es ei
vos filij lucis eſtis ⁊ filij diei. Nō
eſtis noctis neq꜠ tenebrarū. Igit̄
nō dormiam⁹ ſicut ⁊ ceteri ſ꜠ vigi
lem⁹ et ſobrij ſim⁹. Qui em̄ dormi
unt nocte dormiūt ⁊ qui ebrij ſūt
nocte ebrij ſūt. Nos autē qui diei
ſum⁹ ſobrij ſim⁹. īduti loricā fidei
⁊ caritatis ⁊ galeā ſpem ſalutis.
qm̄ nō poſuit nos deus in irā ſed
in acq̄ſitōem ſalutis p dn̄m nr̄m
ihm xp̄m qui mortu⁹ ē ꝑ nob ut
ſiue vigilem⁹ ſiue dormiam⁹ ſimꝉ
cū illo viuam⁹. Propt̄ q̄d ꝯſola
mini inuicē ⁊ edificate alterutr̄ ſi
cut ⁊ facitis. Rogamus aūt vos
fratres ut noueritis eos qui labo
rant int̄ vos ⁊ preſūt vobis in do
mino ⁊ monent vos ut habeatis
illos abūdāti⁹ ī caritate ꝓpt̄ op⁹
illor̄ ⁊ pacē habete cū eis. Roga
m⁹ aūt vos fratres. corripite inq̄
etos. ꝯſolamini puſillanimes. ſu
ſcipite infirmos. patiētes eſtote
ad oēs. Videte ne quis malū pro
malo alicui reddat. ſ꜠ ſemp q̄d bo
nū eſt ſectamini in inuicē ⁊ in oēs
Semp gaudete. ſine intermiſſione
orate. ī oib⁹ grās agite. Hec eſt
em̄ volūtas dei in xp̄o ihu in oib꜠
vobis. Spiritū nolite extinguere. ꝓ
phetias nolite ſpernere. Oīa aūt
ꝓbate q̄d bonū eſt tenete. ab oī
ſpetie mala abſtinete vos. Ipſe āt
deus pacis ſācrificet vos p oīa ut
integer ſpūs veſter ⁊ aīa ⁊ corp⁹
ſine querela ī aduētu dn̄i noſtri
ihu xp̄i ſeruet̄. Fidel' ē qui vocauit
vos qui etiā faciet. Fratres orate
ꝓ nobis. Salutate fratres oēs in
oſculo ſācto. Adiuro vos p dn̄m
ut legat̄ ep̄la hec oib꜠ ſanctis fra
trib⁹. Gratia domini noſtri iheſu
xp̄i vobiſcū amen.

Explicit ep̄la p̄ma ad Theſſa
lonicēſes. Incipit argumētū
in epiſtolā ſecundā.

Ad theſſalonicēſes ſecū
dā ſcribit ep̄lā apl's
⁊ notū facit eis de tēpo
rib꜠ nouiſſimis ⁊ de ad
uerſarij deiectoe. Scribit hāc epi
ſtolā ab athenis p tytum dyaco
nē et oneſimū acolitum.

Explicit argumentū. Incipit
ep̄la ſcd̄a ad theſſalonicēſes

Paulus ⁊ ſiluan⁹ et
thimothe⁹ eccleſie
theſſalonicenſiū in
deo patre nr̄o ⁊ dn̄o
ihu xp̄o. grā vob et
pax a deo patre noſtro ⁊ dn̄o ihu
xp̄o. Gratias agere debem⁹ ſemp
deo ꝑ vobis frēs ita ut dignū eſt.
qm̄ ſupcreſcit fides veſtra ⁊ abū
dat caritas vniuſcuiuſq꜠ veſtrū